

1084-1515- James Grace of Kilkenny - Annales Hiberniae

p.2

In fabulis est Caesarea - [...] animadvententem, in Hiberniam pri-[...] applicuisse, tribus solummodo vir-[...] solam regionem (cum inhabitata et [...] divini illo ob hominum scelera [...]).

Secundo. In Hyberniam appulit Partholendus quidam, ex Japheti posteris unus, post diluvium 300 annis, cum 30 navibus. Quo cum 3. ejus filii una venere, quorum propago 300 *annos* duravit, increveratque in 10,000 virorum ad arma portanda aptorum numerum. Hic bellum cum Gigantibus fuit, quos cum deleverant, ex infectione aeris (... cadaveribus corrupto) et ipsi perierunt, uno solummodo superstitio Ruano nomine, quem mille post annos vixisse ferunt, usque ad tempora Sancti Patricii, eidemque temporum suorum historiam enarravisse.

Tertio. Munethus, filius Sithiae, e Graecia cum quatuor filiis et ingenti classe

p.4

huc venit, cuius posteri cum 200 annos regionem incoluerant, postremo maxima peste infestati, relicta vacua Hibernia in patriam remearunt.

4[^]. 5. duces Germani e familia Munethi (ut fertur) filiique Diolae hanc regionem occuparunt. Horum nomina fuere Gandias, Gennadius, Sangandius, Ruthargus, et Slamabus, qui universam regionem in quinque partes distribuerunt, quarum unaquaque certas habitaciones centenarias (quas Canthredas vocant) continet. Momomia, videlicet Mownister, 70 habet: Ultonia, id est, Ulster, 35: Luginia, id est, Lenister, 31: Connacia, id est, Connaghth, 30: Metha 18. Harum Canthredarum unaquaque, 30 oppida in se habet, quarum singula boum 300 pascua habent, qui in 4 armenta divisa satis ad pascendum loci habere possunt, unumquodque etiam oppidum octo aratrorum solum habent.

Numerantur igitur Canthredrae. 183. 184 oppida 5520. Arationes autem 24180 44160 Boves, 1656,000.

His temporibus Hibernia Scotiae nomen habuit, et incolae Scotti dicti sunt, lingua eorum Gelica, a Geledo quodam.

Milonis regis cuiusdam 4 filii, cum 60 navibus in Hyberniam appulerunt, horum duo majores Hiberus et Heremon regionem universam in duas diviserunt partes, quarum septentrionem occupavit Hiberus, Hermon australis. Ab hoc Hibero regio, Scotia major antedicta, Hiberniae nomen suscepit. [...] dissidio, Hiberus in [] Heremoni juniori cessit, qui primus [...]us est. [...]-ricanus, post mortem divi Patricii

p.6

60 annos [...]retici regis Angliae, post Arthurum 41. Hyberniam su[...]avit, exercitus prefecto Gergesii, et auxiliaribus Norvegis, diuque eam tenuit.

7[^]. "3 Brytherne of Isterige, of the partes Almayne, the emipe of Tetonius and Lombardy, that is to say, " Anlavus, Citaragus, and Ivorus, quia vi non potuerunt, sub specie mercatorum donis reges Hyberniae captantes, regionum *regionem* invaserunt, obtentaque ab iis licentia, urbes condiderunt. Anlavus Dublinum, quod Osmaton ab Osmanis, gente quadam Norvegica, quae cum Anlavo erat; Citeracus Waterfordiam condidit; Ivorus Limericum; multaque alia castella et urbes, atque ita ejectis Hibernis regionem occupaverunt.

8[^]. Henricus 2^{us} Angliae rex, concedente Papa Hadriano 4[^], confirmanteque Alexandro 3[^], Hyberniam subegit, quam in hunc usque diem ejus posteri tenent. Conditur monasterium benedictae Mariae juxta Dublinum.

1074. Dunanus episcopus Dublinensis moritur, humatus in ecclesia Trinitatis ad dextram altaris. Lanfrancus archiepiscopus Cantuariensis, petente Goderico rege, consentiente Dublinensi clero, Patricium sacravit antistitem, accepto prius obedientiae juramento, modo antecessorum suorum sibi successoribusque suis adhibende, eumque in patriam remisit cum literis ad Godericum regulum, et Terdiluacum maximum Hyberniae regem.

p.8

1084. Patricius Dubliniensis episcopus, cum sociis suis in Britanico Oceano 6[^] idus Octobris fuit submersus.

1085. Lanfrancus Donatum monacum monasterii sui, petente Terdiluaco pari, ut antedictum est, modo, in episcopum Dublinensem sacravit.

1095. Moritur Donatus. Norwegii sive Ostmanni, qui et Normani vocati sunt, civitates Hiberniae et loca maritima occuparunt.

1122. Samuel 4^{tus} episcopus moritur.

1131. Walterus filius Ricardi Normanus, qui cum Gulielmo conquestore venit in Angliam, Tinternam, Walliae monasterium, condidit.

1138. Obiit idem Gualterus sine prole. Gilbertus autem Strangbowe filius sororis ejus successit ei, ut heres, apud Stranguliam, id est, Chepstowe in Wallia, qui factus fuit primus comes Penbrochiae.

1148. Obiit Gilbertus Strangbowe, 14 anno regni Stephani, sepultus est apud Tinternam, ei successit filius Ricardus, factusque est comes Penbrochiae, dominus Strangulensis, et socius Northwenciae, quae honorifice tenuit 22 annos. Johannes Papiron Cardinalis ab Eugenio papa missus, cum Christiano episcopo Lesmoriensi totius Hiberniae legato, in Hyberniam venit.

1152. Christianus idem in Mell consilium celebravit, cui interfuerunt episcopi, Abbates, reges, duces, et majores natu veteres Hyberniae, quorum consensu, 4. Archiepiscopatus constituti sunt, Armachanus, Dublinensis, Cassellensis, et Tuanensis quibus praefuerunt eo tempore, Gelasius, Gregorius, Donatus, et Eolanus, Johannes Cardinalis benedicens clero Romam reversus est.

p.10

1162. Gregorius, primus archiepiscopus Dublinensis, moritur, cui successerunt Laurentius, Johannes Comin, Henricus, Lucas.

1163. Rothericus O Conchur, princeps Connaciae, monarcha Hiberniae creatur.

1165. Comes Ri. Strangbow a suis per insidias vulneratus interiit, 5th anno post Laginiam acquisierat, et 21 regni Henrici 2ndi. sepultus apud Kilkenny. Hic ex Eva uxore unicum filium Isabellam generat, quae in matrimonium a rege data est cuidam Gulielmo Marshall, Angliae mariscallo, qui inde fuit dictus Stranguliae et Laginiae comesque Penbrochiae.

1162. Gregorius, primus archiepiscopus Dublinensis, vir pius, moritur, huic successit Laurentius Othothell, qui fuit Abbas S. Kevini de Glindelaah. Quo tempore S. Thomas fuit archiepiscopus Cantuariensis.

1163. Rothericus O Conehur, princeps Connaciae, monarcha Hyberniae factus.

1167. Obiit Matilda imperatrix. Amaricius rex Hiero-solimitanus cepit Babilonium. Dermitius filius Murchardi, princeps Laginiorum, Oririco rege Midiae e patria longe profecto, uxorem ejus volentem, et ad id eum provocantem rapuit.

p.12

1168. Donatus rex Urigaliae, [...]lifontense condiderat, obiit. Robertus S-[...] militibus in Hyberniam venit.

1169. Ricardus Strangulensis comes [...]mundum juvenem quendam e familia sua cum 10. militibus circa calendas Maii in Hyberniam praemisit, ipse autem cum 1200. militibus in vigilia Sancti Bartholomei subsequebatur. Hic Ricardus filius fuit Gilberti Comitis Strongulensis, id est, Chepstowe, olim Strogull, et Isabelle matertere Malcolmi regis, et Gulielmi regis Scotiae, et Spei David comitis, postridie autem festi urbem caepit, ibique Dermitii filiam in uxorem

p.14

duxit. Murcardus *Murcardi?* filius Laginiae principis *princeps?* ab Henrico auxilium petiit, cui fidei sacramentum et vinculum servitutis praestitit Dermitius.

1170. Mauricius Geraldinus, uterinus frater Stephanidis, cum decem equitibus, sagittariis triginta, circaque 100. peditibus, in Hyberniam applicuit cum duabus navibus ad Weisfordiam.

1171. Ricardus comes praemisit in Hyberniam Remundum circa calendas Maias, cum equitibus 10. Sagittariis 70. is ipse in vigilia Bartholomei subsequebatur ut predictum est; Weisfordiam vi capit; Evam Dermicii filiam in uxorem dicit; recta Dublinum contendit, urbemque expugnat. Dermitius Murcardi Fernesiae senex moritur. Monasterium Castri Dei conditum. Thomas Cantuariensis morte mulctatur.

Annus millenus, centenus, septuagenus,
Primus, erat primas quo ruit ense Thomas.

1172. Henricus rex cum 500. equitibus ad Waterfordiam applicuit, totam Midiam Hugoni de Laci donavit; alii aiunt hoc tempore mortuum Murchardum.

1174. Gaelacius, Archiepiscopus Armachanus primus, Hyberniae primas, moritur senex. Hic primus pallio usus est, alii enim ante eum solo nomine episcopi et primatis vocabantur, in honorem S[...], tanquam ejus apostoli; quibus obediverunt non modo [...] homines, verumetiam ipsi principes. Huic success- [...].

p.16

1176. Bertram de Verdon condidit monasterium de [...].

1177. Obiit R-[...]-iae , sepultus que est in ecclesia Trinitatis. Venit in Hyb-[...] apostolicus, Vivianus, Cardinalis S Stephani [...] ab Alexandro missus.

1178. Conditur Monasterium Samariae et Roseae-vallis, id est, Ros-glas.

1179. Trucidantur Milo Coganus, et Ricardus filius Stephanidis, inter Waterfordiam et Lismeran. Herveus de Monte Marisco condidit monasterium S Mariae de portu, id est, Dunbrethy.

1180. Conditur monasterium Chorobenedicti et de Seripont. Laurentius episcopus Dublinensis moritur in Normania, huic successit Johannes Comin Anglus, apud Evesham electus a clero Dublinensi et confirmatur papa. Hic condidit templum S Patricii Dubl.

1183. Ordo templariorum confirmatur. Conditur monasterium legis Dei, id est, Lesiae.

p.18

1185. Johannes, Henrici filius, Hybernia a patre donatus, Glocestriae ad equitis aurati honorem provectus, magno cum exercitu Hyberniam navigavit, natus 22 12^o annos, anno post adventum patris, 13^o; Ricardi comitis, 14^o; patris Henrici 15^o; 8^o menses in Hybernia comoratus, in Angliam revertitur.

1186. Hugo Laci Derwathe per insidias ab Hiberno quodam occisus est, cum, in condendo quodam castro, eum doceret quo pacto operare oporteret, cum enim arrepto instrumento terram percutiente inclinaret, Hibernus securi caput ei amputavit. Reliquit duos filios Gualterum et Hugonem, nec ulterius processit Hyberniae subjugatio. Moritur Christianus episcopus Lismorensis, legatus quondam Hiberniae.

1187. Conditur monasterium de Ines in Ultonia.

1189. Moritur Henricus rex. Conditur monasterium de Colle Victoriae, id est Cnocmoy. [...] Dublinia arsit. [...] Conditur monasterium de Jugo Dei, Whit Abbey, Hibernice Monesterlech.

1195. Archiepiscopus Cassellensis Hyberniae legatus, et Johannes archiepiscopus Dubliniae, corpus Hugonis Lacii (qui Midiam domuerat) ex Hybernia

p.20

plaga reportarunt, et in monasterio [...] -is id est de Bectii sepiliverunt, caput vero in templo S Thomae Dubliniae.

1199. Moritur Ricardus. Rex Connaciae, qui monasterium de Colle Victorie condiderat, ejicitur de Connacia. Conditur monasterium de Voto, id est Tinternae a Gulielmo Marescallo comite Penbrokiae, domino Lagine, scilicet 4. comitatum, Wexfordiae, Osseriae, Carlogiae et Kildariae, que ei obtigerunt jure uxoris filiae Ricardi comitis Strongulensis, quam in uxorem duxerat, filia *filiam* Evaë, filiae Murchardi; hoc monasterium vero vovit cum in mari periclitaretur.

1202. Restituitur in regnum Catholus Cronecus Cronbdr rex Connaciae. Conditur monasterium de Conall per dominum Meilerum filium Henrici.

1203. Conditur monasterium S. Salvatoris, id est Dowesky.

1204. Committitur praelium inter Johannem Courcium, primum comitem Ultoniae, et Hugonem Lacum apud Dunum; ceciderunt ex utraque parte multi, vicit Courcius: postera vero die parasseves cum inermis, nudisque pedibus et sola subicula tectus, religionis gratia templi sacra visitaret, a suis quibusdam per insidias captus, precio Laicio traditus est. Qui eum ad regem dicens, quae ejus fuerunt, comitatus videlicet Ultoniae et Connaciae, ipse in mercedem suscepit.

p.22

Cursius carceri perpetuo adjudicatus remansit; proditores vice promissi auri ab Hugone suspensi sunt, eorumque bona direpta. Hic Johannes Courcius in regem rebellaverat, ejusque imperio obedire recusaverat, quin et necem Arthuri, legii heredis, ei approbaverat. Cum diu foedissimam carceris vitam perpessus fuerat, tandem a Johanne rege liberatus est, electus in pugilem adversus quendam Gigantia magnitudine a Galliarum rege defensorem juris suae castelli cuiusdam constitutum, qui, cum Gallus ejus vires extimescens pugnam recusaverat, coram utrisque regibus egregia suarum virium inditia aedidit, fissa uno ictu galea. Quocirca muneribus ab utrisque donatus est, et a Johanne comitatui Ultonii restitutus est, cum autem in Hyberniam recedere quindies suo maximo semper periculo, et ventis contrariis tentasset, aliquantis per apud monacos Cestrenses comoratus, in Galliam reversus est, ubi vitam [...].

1205. Conditur a Theobaldo Walteri de provincia domino de Carryet monasterium de Wethencia in Comitatu Limerici.

1208. Gulielmus Brutius, Anglia ejectus, in Hyberniam venit. Anglia

p.24

interdicitur ob tyranidem Johannis. Caeduntur magna militum justiciarrii multitudo apud Thurles in Momonia a Galfrido Mareis.

1210. Johannes rex cum classe in Hyberniam venit, et ingenti exercitu, filiosque Hugonis Lacii, Gualterum dominum Midiae et Hugonem, regione expulit, hi enim in plebem tiranidem exercuerant, Johannemque de Coursey dominum Rathenii et Kilbarrock, quoniam is eos regi accusaverat, interfecerant; illi autem in Galliam fugientes in monasterio S Taurini illiberalium laborum ministri, in horto videlicet fodiendo et luto lateribusque parandis, diu incogniti vixerunt, tandem vero ab Abbatte ejusdem agniti, ejus precibus regi reconciliati sunt, soluta tamen in restitutionem magna suma pecuniae, revertuntur ad pristinam in Hibernia auctoritatem. Gualterus in Hyberniam secum adduxit Johannem Aluredy, id est Fitz acori, filium fratris Abbatis, eique dedit dominium de Dengio, et alia multa. Monacos etiam nonnullos utrique quos ditarunt; Johannes acceptis undique obsidibus tum ab Hybernis tum ab Anglis, punitisque malefactoribus, stabilitisque rebus, in Angliam redit eodem quo venerat anno.

1211. Ricardus Tuit, ruina turris cuiusdam Alonae occubuit, hic monasterium de Grenard condiderat.

1212. Moritur Johannes Comin Dublinensis, qui divi Patricii condiderat, huic successit Henricus Landres, alio nomine Scorphevilain, quoniam chartas rusticorum

p.26

conbusserat, testes servitutis sue, hic Hiberniae justitiarius fuit, construxitque arcem Dublinensem.

1213. Obiit Gulielmus Petit, et Petrus Meset, Baro Deluinii, obiit sine herede masculo, divisa igitur tribus filiabus est hereditas, quae nupserrunt, 1^o domino de Vernal, 2^o Talbot, 3^o Landers.

1219. Obiit Gulielmus Mareshall senior; hic ex filia Ricardi comitis generat, 5. filios, et 5. filias; Gulielmum maximum natu, dein Gualterum, Gilbertum, Ancelnum, et Ricardum, qui interiit in praelio Kildarii. Hi quinque patri in imperio ordine successerunt, omnesque sine prole mortem oppetivere. Filiae fuerint ut sequitur; Matilda de Mareshall, Isabella de Clare, Eva de Brus, Johanna de Montgenesey, Sibilla comitissa de Ferreis. Matilda nupsit Hugoni Bigot, comiti Norfolciae, qui jure uxoris fuit mariscalcius Angliae, hic ex ea generavit Radium Bigot, patrem Johannis Bigot, qui fuit filius dominae Bertae de Furnivall, et Isabelle de Lacy uxoris domini Johannis fitz Geffrey; mortuo autem Hugone Bigot comite Norfolciae, Johannes Garrune comes Surricae ex filia filium nomine Ricardum et sororem Isabellam de Albeney, comitissam de Arundell. Gilbertus de Clare comes Gloverniae, duxit Isabellam 2^om sororem ex qua suscepit Ricardum Clare comitem Gloverniae, que fuit mater domine Avisae, comitissae de Averinae, que fuit mater Isabelle matris domini de Brus, comitis de Carrick, et postea regis Scotiae. Eva de Brus 3^o soror habuit Matildam, quae fuit mater Edwardi Mortimerii, et domine Eve Cantelawe matris domine Milsent de Mohyne, quae fuit mater domine Elionore, matris comitis Herfordiae. Dominus Gorenu* de Monugeney duxit Johannem. 4. de qua Johanna de Vallens; de Sibilla comitissa de Fereis 5^o pervenerunt 7 filiae. 1^o Agnes de

p.28

Vesci, mater domini Johannis et Gulielmi de Vesci; 2^o Isabella Bassett; 3^o Johanna Mohun, uxor domini Johannis de Mohun; 4^o Sibilla uxor domini Francissi de Bohun, domini de Midhurst; 5^o Eleonora de Variis uxor comitis Wintoniae; 6^o Agas uxor domini Hugonis de Mortymer; 7^o Matylda de Kyme, domina de Carberi. Omnes predicti ex genealogia sunt domini Gulielmi Mareshall.

1220. Moritur dominus Meileirus filius Henrici, qui monasterium de Connall condidit, ibi sepultus.

1224. Castrum de Trym obssessum.

1225. Obiit Rogerus Pippard.

1228. Obiit Gunelmus Pippard, quondam dominus de Saltis Salmonum. Item Henricus Landres, archiepiscopus Dublinia.

1230. Henricus rex dedit Huberto de Burgo, justiciarum Hiberniae et tertium

p.30

denarium Canciae, fecitque eum comitem Canciae, postea autem in carcerem conjectus est.

1231. Obiit Gulielmus Mareshall Junior, comes Marshall et Penbrochiae.

1234. Ricardus comes Mareshall, Penbrochiae et Strangulensis, primo idus Aprilis in planicie Kilderie in prelio vulneratus, post paucos dies interiit. Kilkeniae cum fratre sepelitur.

1241. Gualterus Laicius, dominus Midiae, in Anglia moritur, relictis duabus filiis heredibus, quarum altera nupsit domino Theobaldo de Verdon; 2^o Galfrido de Genevyle; Hec Margarita, illa Mabilia dicta est.

1242. Arx de Sligagh construitur per Mauritium fitz Geraldii justiciarum Hiberniae. Rex Edwardus primus cum ingenti exercitu Walliam invasit, vocavitque in subsidium Mauritium, qui cum Phelemeo O'Connor rege Conaciae

p.32

et maxima hominum multitudine adfuit, reque peracta, in Hiberniam remeavit, dein Tirconell depredavit, mediamque regionis partem Cormaco mac Dermot, mac Rory dedit, proque reliqua secum pignora abstulit, quibus in uree *arce* Slegagh relicta, iterum collecto exercitu Tirconel petit; occurrit O'Donell cum suis ex tota Kineoil Conail ad vadum Athshani, eos cum preterire minime audiret ibidem 7. dies definuit, missus igitur Cormacus cum equitum parte clam ad vadum Cuiluamiae, Erne fluminis, terga hostium aggreditur, qui statim in fugam conversi sunt, ibi interfactus est Moilslaghlyn O'Donill, rex appellatus de Kevayle Covail, cum Gille Canvinelagh O'Cugill, et McSoerli rege de Oirisgael, et primatibus de Kevalle Covaile, multi ex Anglis sumersi sunt in transitu fluminis Fin, et interfactus Atermundaiboge Guileilanus But vicecomes Cannaciae cum fratre ejus juvete, tota regio depredata est, dominium de Kenailgonil divisum cum Rodrico O'Conor. Iterum etiam *justitiarius* eo duxerit *duxit* exercitum, regionem universam fere diripuit. Invasit etiam Tieorogani regionem O'Nel, a quo obsides suscepit, Rebelles etiam e Luginia expulit.

p.34

1243. Obiit Hugo Laci, comes Ultoniae, unicum filiam relinquens, quam in uxorem duxit Gualterus de Burgo, et cum ea suscepit comitatum Ultoniae; sepultus est Hugo apud Cnocfergus in conventu fratrum. Moriuntur etiam Geraldus Mauricii, et Ricardus de Burgo.

1248. Dominus Johannes filius Galfridi Justiciarius Hyberniae interficitur.

1250. Mac Canewei, filius Beliall, in Leis; Gulielmus Longaspanta cum multis aliis capitur.

1251. Nascitur Henricus Laci.

1255. Alanus de Souche Justiciarius.

1257. Obiit Mauricius Geraldii. Praelium Dunense inter Anglos et Hibernos Connaciae et Ultoniae, ubi O Neil, Bernardus Oahedon *Cahedon?* nuncupatus, occubuit; Giraldini in Desmonia cum exercitu Mac Karti lacessunt, qui ab eo in fugam vereuntur, ubi ceciderunt Johannes Thomae, ejus filius Mauritius, 15. equites, et 8. barones. Johannes Cogan, Justiciarius Hiberniae, et Thobaldus Butler capti a filio domini Mauritii Fitz Gerot.

1259. Stephanus de longa Spata Justiciarius. Interfactus est O Neil ad Dunum.

p.36

1260. Obiit Stephanus. Arx viridis in Ultonia dejicitur. Gulielmus Dene fit Justiciarius.

1261. Johannes filius Thomae, et Mauricius filius ejus interficiuntur in Desmonia a Mac Karthy. Obiit Gulielmus Dene Justiciarius, ei successit Capella.

1262. Obiit Ricardus Clare comes Glovernae.

1264. Mauritius filius Geraldii, et Mauritius, filius Mauritii, ceperunt Ricardum de Capella, Justiciarum, et Theobaldum Butler, et Johannem Cogan, apud Castellum Dermont.

1267. David de Barri Justiciarius.

1268. Mauritius filius Mauritii subjungitur. Item Dominus Robertus Uffor fit Justiciarius.

1269. Arx Roscomam conditur. Johannes de Troinis Justiciarius.

1270. Jacobus de Audley Justiciarius.

1271. Pestis, fames, et gladius, in Hibernia et maxime in Media; interficitur Nicolaus de Verdon, et Johannes frater ejus. Obiit Gualterus de Burgo comes Ultoniae.

1272. Interficitur justiciarius Jacobus Audley, lapsus ab equo in Thothomomia, cui successit Mauritius Mauritii.

1273. Galfridus de Genevile, rediens de terra sancta, fit Justiciarius.

p.38

1274. Edwardus primus rex constituitur, coronatus in festo S. Magni. Obiit Johannes de Verdona. Thomas Clare in Hyberniam venit. Gulielmus Rogeri, Prior Hospitaliorum, *capitur* cum multis aliis apud Glendelori, nonnullique interficiuntur ibidem.

1275. Moridagh capitul apud Noragh a Gualtero de Faunt.

1276. Robertus Dufford fit Justiciarius.

1277. O Brene interficitur.

1278. Obiit David Barri, et Johannes Cogan.

1279. Robertus Dufford profectus in Angliam constituit loco ejus fratrem Robertum Fulburne. Mutata est moneta. Tabula rotunda a Rogero de mortuo mari ad Kenelworth celebrata.

1280. Robertus Dufford Justiciarius rediit.

1281. Adam Cusacke Junior interfecit Gulielmum Baret et alios quamplures in Connacia. Frater Stephanus Fulburn fit Justitiarius, rediit in Angliam Robertus.

1282. Occiditur Moritagh et Art Mac Murgh, frater ejus, apud Arclowe. Obiit Rogerus de mortuo mari.

1283. Arsit Dubliniae pars, et Campanile Trinitatis.

p.40

1284. Capitur arx de Ley a regulis Ofaliae, et incenditur. Obiit Alfontius filius Eduardi. 12. annorum.

1285. Obiit Theobaldus Butler in Castello de Arclo. Captus est Geraldus Mauritii a suis Hibernis in Ofalia, et Ricardus Petit et S Doge cum aliis nonnullis *interficiuntur*. Aeditur strages magna apud Rathod.

1286. Arsit le Norragh, et Arsoll, aliaque opida proxima Phillipo Stanton 16. Cal. Decembris. Calwagh capitur Kildariae. Obiit Thomas Clarus.

1287. Obiit frater Stephanus Fulburn, archiepiscopus Tuanensis, et successit Justitiarius Johannes Stanford, archiepiscopus Dubliniae.

1290. Justitiarius Gulielmus Vesci. O Melaghlin rex Mediae interficitur. Gilbertus Clare ducit in uxorem dominam Johannam de Acon, filiam Edwardi regis.

1291. Gilbertus Clare, filius Gilberti et Johannae, 10 Maii ineunte natus. Ricardus, comes Ultoniae, et Gulielmus Vesci, Justitiarius, Ultoniae petunt cum exercitu, adversus O Hanlan et alios regulos pacem impidentes. Concessa Regi Edwardo decima pars omnium proventuum ecclesiasticorum in Hybernia per septennium a papa Martino, in subsidium terre sancte.

1293. Gilbertus Clare cum uxore in Hyberniam appulit.

p.42

1294. Gulielmus Vesci accusavit Johannem Thomae feloniae; in Angliam navigarunt, relichto Gulielmo de Lahay loco Justitiarii. Provocavit Gulielmum Johannes ad duellum, is pugnam detractans in Franciam aufugit; quae illius fuerunt omnia Rex Johanni donavit, id est Kildare et Rathengam, et alia multa. Ricardus, comes Ultoniae, captus est a Johanne filio Thomae in castro de Lega, id est Lei, et detinuit aliquandiu, liberatus autem est regis parlimiento apud Kilkenni: in mulctam Johannes possessiones suas perdidit, Sligo et quaecumque habuit in Connacia, item castrum Kyldariae. Kildaria et circumiacens regio spoliatur ab Anglis et Hibernis. Calwagh combussit rotulos et taleas. Cum magna penuria in Hibernia per 3. annos continuos et pestis. Gulielmus Dodingzele Justitiarius.

p.44

1295. Obiit Gulielmus Dodingzele, huic successit Thomas Mauritii. Lagenenses Hiberni Lageniam vastarunt, Novum castrum cum aliis cremarunt. Johannes Vogan, Justitiarius, Thoma cedente ei; inducias fecit inter comitem Ultoniae et Johannem Thomae et Geraldinos per biennium. Gilbertus Clare, comes Glovernae moritur.

1296. Navigarunt ad regem in Scotiam proficisentem magnates Hiberniae, Johannes Vogan Justitiarius, Ricardus de Burgo comes Ultoniae, Theobaldus Buteler, et Johannes filius Thomae, cum multis aliis.

1297. Arsit Leghlinia per Hibernos Slemergi. Galweith O'Hanlan et Inegus Mac Maghon interficiuntur in Vagalia, *Urgalia*.

1298. Pax inter comitem Ultoniae et Johannem Thomae.

1299. Obiit Theobaldus Butler junior in manario de Turvi.

1300. Prohibetur numisma pollardorum.

1301. Edwardus rex in Scotiam proficiscitur; navingant ad eum Johannes Vogan Justitiarius, et Johannes Thomae, et Petrus Brimingham. Arsit magna pars comitatus *civitatis?* Dubliniae. Dominus de Genevile duxit filiam Johannis de Montfort. Johannes de mortuo mari filiam heredis domini de Genevile,

p.46

et Theobaldus de Verdon filiam Rogeri de Mortuo Mari. Rebellarunt Laginienses et regionem vastarunt, verum suis despoliati penas dederunt; occisi sunt 300 latronum fere. Gualterus Pouer magnam partem Momoniae devastat.

1302. Obiit Matilda de Laci, uxor Galfridi de Genevile. Decimae omnium beneficiorum Hiberniae exactae a papa in subsidium ecclesiae, contra regem Aragonum. Hugo de Laci depredavit Hugonem Vernail, in die

circumsitionis. Johannes *Robertus* le Brus comes de Carrick dicit in uxorem Elizabeth filiam Ricardi de Burgo comitis Ultoniae, et dominus Butler filiam Johannis Fitz Thomae.

1303. Ricardus de Burgo et Eustatius le Pover cum ingenti exercitu invaserunt Scotiam in auxilium regis. Obiit Geraldus heres filius Johannis Thomae. Obiit Comitissa Ultoniae. Robertus Percevalt et Walvanus Welsley interfici sunt.

p.48

1304. Arsit vicus pontis Dubliniae cum magna parte kei, et ecclesia predicatorum, et ecclesia monacorum cum magna parte monasterii, in festo Medarde. Primus lapis *ecclesiae* fratrum predicatorum ponitur ab Eustatio Pover. Obiit Matildis Laci uxor Galfridi Genevile.

1305. Jordanus Comin cum sociis suis interfecit Moritagh O Conhur, regem Ofaliae cum fratre Calwagh in curia Petri Brimighehan apud Carricke in Carberia. Gilbertus Sutton, senescallus Wesfordiae, interfectus est ab Hibernis prope villam Halnudi Grace. Hamundus strenue pugnando evasit.

1306. Occiditur Odimici, dux Reganorum, ab O Conghur in Castro de Geshill cum multis suorum. Obiit O Brene rex Thothomoniae. Donaldus Oge

p.50

Mac Karty interfecit Donaldum Russum, regem Desmoniae. Petrus Bremigham affectus magna clade in confinibus Midiae. In Maio, Ballimore, oppidum Lageniae incenditur ab Hibernis, imperfecto ibi Henrico Calf. Colligitur exercitus ab Anglis adversus Lagenos; in prelio egregie se gessit Thomas Mandule eques. Thomas Cantok fit cancellarius. Ricardus Feinges archiepiscopus Dublin obiit, huic successit Ricardus Havrings, qui per quinquennium sedens, in somnio admonitus, de onere officii cessit Johanni Leche. In die S. Patricii capitul Ricardus Mac Ciochi cum 2bus. filiis in castro novo a Thoma Swethy, et Lorcanus O Boni latro nobilissimus ibidem capite plectitur.

1307. Kl. Aprilis capite plectitur Murcardus Ballagh, a David Caunton equite strenuo. Interficiuntur etiam Adam Darii. Fit clades Anglorum in Connacia die Phillipi et Jacobi per O Scheles. Predones etiam Offalii diruerunt arcem Geisellensem, et oppidum legensem igne vastarunt, arcem obsiderunt, verum brevi repulsi sunt, a Johanne Thomae et Edmundo Butler. Moritur Edwardus Rex. Templarii in Hibernia capiuntur postridie purificationis Mariae.

1308. Idibus April, obiit Petrus Bremingham nobilis Hibernorum domator.

p.52

Idibus Maii conburitur arx Kilkennii, custodibus interfectis a Gulielmo Mac Waltero O Cnigon, O Thothiles cum sociis. Idem Courconly oppidum *comburunt?*. Cladis accepta a Johanne Vogan Justitario. 6. iduum Junii prope Glindelory, ubi occiditur Johannes Hogelin, Johannes Norton, Johannes Breton cum multis aliis. 16 Kalend. Julii ab eisdem conburitur Donlovan, Tobir et alia oppida multa. Petrus Gaveston proscriptus a primatisbus Angliae in Hiberniam venit cum uxore scilicet sorore comitissa Glovernae, Dubliniam cum magna pompa ingressus est, ubi concedit. Gulielmus Mac Walter latro nobilissimus, 12. Septembris coram Justitario Johanne Vogan condemnatus est in curia Dublinensi, ad calefurcumque tractatus ad caudas equorum, suspensus est. Abiit Joannes Vogan in Angliam ad Parliamentum, relicto in loco suo Gulielmo de Burgo custode. Die Simonis et Judae venit in Hyberniam Rogerus de Mortuo Mari cum uxore, herede Midiae, filia videlicet domini Petri, filii Galfridi Genivile, quam acceperunt cedente eis Galfrido Genvile, qui se *fra?trem* professus

p.54

est in monasterio Trim. Dermot O Dimos occisus apud Tulli a famulis Petri Gaviston. Ricardus comes Ultoniae celebravit solemne festum pentecostes apud Trim, ubi Gualterum et Hugonem Lacios equitum honore decoravit. Maltidis filia comitis Ultoniae in Angliam profecta nupsit comiti Glovernae. Mauritius Canton interfecit Ricardum Talon, Mauritium autem Rupenses interficiunt. David Canton suspenditur Dubliniae. Odo Mac Catholi O Conghur interfecit O Donen O Congher, regem Connaciae. Athy conburitur ab Hibernis.

1309. Petrus Gaveston subjugavit Hibernicos Obrinios reedificavit novum castrum Mac Knigan, et castrum Keimun, exciditque, et mundavit passum inter castrum Keimini in Glindelagh, etiam Hibernis repulsi, deinde in Angliam navigavit in vigilia Sancti Johannis Baptiste. Uxor filii comitis Ultoniae, filia comitis Glovernae in Hiberniam venit 15th Octobris. Comes Ultoniae appulit portui Droghda in vigilia nativitatis domini. Die purificationis Mariae interficitur

p.56

Johannes Boneveile prope Arscoll, ab Arnoldo Power et suis sociis. Parliamentum apud Kilkeniam per comitem Ultoniae et Johannem Vogan Justic. et cetera. Redit Edmundus Butler de Anglia. Redit in Angliam comes Ultoniae cum Rogero Mortimerio et Joane filio Thomae. Obiit Theobaldus Verdon.

1310. Penuria in Hibernia, frumenti modius 20 solidorum, pistores ob pondera

p.58

falsi tracti in cratibus per vicos. Parliamentum apud Kildare ubi liberatur Arnoldus Power qui se defendendo occiderat Johannem Bonevile. Alexandre Bigenor electus episcopus Dubliniae. Rogerus Mortimerius redit Hiberniam.

1311. In Thomonde apud Bonnarath Ricardus Clare cepit Gulielmum de Burgo et Johannem filium Gualteri Lacii et alios, in quo conflictu perierunt multi tum Angli tum Hiberni. 13th Kal Junii. Tassagard et Rathcoule in autumno cum exercitu invaserunt Latrones Othothiles, et in Glindelori et aliis sylvosis locis latitantes. Pridie idus Novembris Ricardus Clare interfecit 600 Galoglaghes. Die omnium sanctorum, proscriptus iterum Petrus Gaveston, redivitque furtive. Obierunt Johannes Cogan, Gualterus le Faunt, Johannes filius Reri. Johannes Macgoghegan interficitur per O Molmoi. Obiit Gulielmus Rupensis, ictus sagitta Hibernica. Obiit Eustatius Power. In vigilia

p.60

Sancti Petri incepit riota Urgaliae per Robertum Verdonum. Interficitur Donatus O Brene per insidias a suis in Tothomonia.

1312. Petrus Gaveston captus apud Dodington a comite Warwici decollatus consilio comitum et baronum 13. Kal. Julii. Exercitus ductus a Johanne Vogan Justic. adversus Robertum Verdon, misere confectus 6th idus Julii, interfectis Nicolao Aveneill, Patricio de Rupe, cum multis aliis. Robertus Verdon cum multis suorum se dederunt in misericordiam regis Dublinii. Edmundus Buteler locum tenens Johannis Vogan obsedit O Brinios in Glindelori compulsitque ad deditiones. Moricius Fitz Thomae duxit Catherinam filiam comitis Ultoniae ad castrum viride, aliam ejusque filiam Thomas Fitz Joannis. Johannes Fitz Thomae equestri ordine decoravit Nectum fitz Mauritii et Robertum Glenhul apud Adare in Momonia. Invaserunt piraticae quaedam naves Roberti Brus Ultoniam quae ab incolis repulse sunt. Moritur Johannes Leekes, Archiepiscopus Dubliniae, Alexander Bigenor ei successit. Milo Verdon duxit filiam Richardi de Oxoniis. Robertus Brus diruit castrum de Manne, capite punivit Donegan O Towill. Johannes de Burgo, heres comitis Ultoniae, obiit apud Galway. Edmundus Buteler 30 viros equestri ordine decoravit Dublinii in festo Michaelis.

1314. Hospitalarii receperunt terras Templariorum in Hibernia. Johannes

p.62

Paris interficitur ad Pontem, Theobaldus Verdon Justitiarius, Edmundus Butler Justitiarius factus.

1315. Apud Glondonne appulit classis Scotiae die Augusti quam duxit Edouardus Brus, frater Roberti regis, et cum eo comes de Morrey, Johannes Mentieth, Johannes Steward, Johannes Cambel, Thomas Candiff, Fergus Andressam, Johannes de Bosco, Johannes Bisset; intra Banum fluvium pugnant, comitem Ultoniae cum exercitu in fugam vertant, ubi interficitur Gulielmus de Burgo, Johannes Staunton cum aliis permultis; vastatur Ultinia. 2nd pugnatur apud Kenles in Midia, ubi fugatur Rogerus de Mortumari cum suis. 3rd apud Sketheris intra Arsoll ubi iterum in fugam vertuntur Angli. Paul post

p.64

festum Phillipi et Jacobi coronatus est Edwardus Brus a suis rex Hyberniae. Castrum viride cepit, praesidiaque reliquit, quae brevi post a Dublinensibus expulsa sunt, captusque dux, Robertus Culrath, qui in carcere periit. Die Petri et Pauli Scoti ceperunt Dundalck, diripueruntque et incenderunt, vastarunt magnam partem Urgaliae. Ecclesia mariae de Atordet plena viris et faeminis comburitur a Scotis et Hibernis. Edmundus Butler Justitiarius exercitum e Mamonia et Laginia, comes Ultoniae et Connaciae exercitum legit, junctisque viribus Dundalcum occurunt, ibi in se suscepit comes se vivum aut mortuum Brusum Justitiario traditum Dublinii, sequutus igitur Scotos ad Banum fluvium, Coiners cum exercitu repetit, quod cum animadvertisset Brusius, occulte fluvium cum suis transiens, eum sequebatur, subitoque adortus in fugam vertit 10 Septembris, capto Gulielmo de Burgo, vulneratoque Georgio de Rupe, occisis

p.66

Johanne Staunton, Rogero de Santobosco cum aliis permultis, e Scotis ceciderunt etiam aliquot. Hoc casu animati Hiberni Connaci et Midii insurrexerunt in Anglos, incenderuntque arcem de Athlor et Randon et alia nonnulla. In hoc conflictu de Coiners, Baro de Donul strenue se gessit, verum bona sua omnia fere amisit, Angli

superati ad Gregfergus confugerunt, et eorum aliquot ingressi sunt arcem et eam tenuerunt. Post aliquot dies nautae quidam Angli e Cnocfergus Scotos noctu ex insperato aggressi, 40 eorum occiderunt, exuruntque castris, tentoria et multa alia retulerunt. Postridie exaltacionis crucis navigavit in Scotiam comes de Morteth, cum Gulielmo de Burgo captivo et navibus 4. Hiberniae spoliis onustis, ut plures milites accenseret. Interim dum Brus Cregfergus obsidet, Cathil Roth O Conor tria castra comitis Ultonia in Connacia diruit, oppidaque permulta direpta incendit. Nautae iterum Scotos aliquot interfecerunt. Ricardus Delan de Oterioit a quodam Hiberno Medio occiditur die S Nicolaui, Brus reliquit Gregferg, ad quem apud Dundalck venit comes de Marith cum novo militum presidio 500, transfugerunt ad eum nonnulli. Inde ad Nobri se contulit, ubi multos e suis reliquit. Dein incendio vastans Kenles in Midia et Grenard et Finnagh, et novum castrum, festum natalitii apud Logsuende celebravit. Dein petivit Totmoy et Rathymegan et Kildare et regionem circa Tristill Dermott et Athy et Ribane non sine damno tamen suorum, postea accessit ad Skethir intra Arscoll in Lagenia, ubi sese offerunt cum exercitu Edmundus Butler Justiciarius, Johannes fitz Thomae et Arnaldus Power, aliique magnates Laginiae et Mamoniae qui cum facili vel singuli eum repellere potuissent, orto inter eos dissidio omnes recesserunt, interfecto in conflictu Hamundo Grace et Gulielmo Pendregast. E Scotis ceciderunt Fergus Andressian, Walterus de Mourey cum

p.68

aliis multis, quorum corpora sepeliuntur in conventu fratrum apud Adhi. Brus in redditu castrum de Lei incendit, dein Kenles venit, ubi occurrit Rogerus Mortimer cum 15000 hominum, non satis fidis tamen nec amico in eum animo, quippe relicto duce cum paucis, aufugerunt, precipue Laciei. Rogerus fugam versus Dubliniam capessit, Gualterus Cusack versus Trim, eodem tempore Hiberni australes, et Othothiles et Obrines incenderunt totam regionem australem, Arclo scilicet, novum castrum, Bree et cetera. O Morghes autem partem de Leis in Lagenia devastabant. Hos autem castigavit Edmundus Butler Justic. victis enim et quam pluribus occisis, 800 capita Dublinium retulit. Ad festum purific. Mariae, Thomae, Ricardus Clare, Johannes et Arnaldus Power venerunt ad dominum Johannem de Hethom, per regem assignatum, ibi juraverunt se regi fore fidos, et Scotos omnibus viribus repulsuros, datis obsidibus, ceterosque regis hostes, ceterique magnates qui hoc idem facere recusarunt regis hostes publice habitu sunt. Obiit Johannes Bisset. Ecclesia novae villae de Leis, a Scotis incenditur. Capitur arx Northburgensis in Ultonia ab iisdem. Fidelmeus O Conghur interfecit Rorircum, filium Catholi O Conghur. Obiit Gulielmus Mandevile, et episcopus Conernensis fugit ad arcem de Gregfargus. Interdicitur episcopatus ejus. Hugo de Antonia interficitur in Connacia. Die S Valentini, Scotorum exercitus ad Geshill in Offali ingentem famem passus, adeo ut plures perierint, se contulerunt versus Fowre in Midia, fame quotidie deficientes

p.70

in labore. Gualterus Lacius Dublinium venit, ad se purgandum de infamia illata, et obsides regi dandos, ut ceteri fecerunt. Interim Brus in Ultonia quiete degit. Conjurarunt Othothiles, Obrines, Archibaldes, et Haraldes, Wicle cum tota regione adjuncta devastarunt. Comes de Morrey navigavit in Scotiam a septimana quadragessimae. Edoardus Brus parliamentum tenuit in Ultonia, in quibus complures suspendit. Item in aliis circa medium quadragessimae occidit les Logans capitque Alanum filium Warini duxitque secum in Scotiam. Fenin O Conors occidit Caleroth, et Galoglaghes et alios cum eo circa 300. Frumentum venditur pro 18s.

1316. Thomas Mandevile cum pluribus de Droghda cum Scotis ad Gregfergus congressus, eos in fugam vertit, occisis circa 30 die Jovis in cena domini. In vigilia pasche adortus 60 interfecit, sed ipse in conflictu cecidit in patria et pro jure suo. Ricardus Clare et Ricardus Brimingham complures Hibernos in

p.72

Connacia trucidant. Gulielmus Comin cum suis occidit dominum O Brinne (cum 12 sociis) insignes latrones in Sabbato post ascentionem capitibus Dublinium dilatis. Dundalcenses O Hanlan petentes, 200 Hibernos interficiunt, periret in conflictu Robertus Verdon armiger. Ad pentecosten, Ricardus Brimingham Hibernos plures 300 in Connacia occidit. Ad natale Johannis venit Brus ad Gregfergus, petit deditioinem, prout convenerat inter eos, illi vitam et membrum petiverunt, et ut immitteret 30. qui recipieren, quos ingressos in vincula conjecterunt. Hiberni di Omail Tullagh invadentes 400 perdiderunt, quorum capita Dublinium missa, mirabilia acciderunt mortui resurrexerunt, pugnabant inter se pro more fennocabo signum suum pronuntiantes. Ad festum translacionis S. Thomae 8. naves onuste apud Droghda cum necessariis ad obsessos in Gregfergo mittendae, quae perturbatae sunt a comite Ultoniae propter deliberacionem Gulielmi de Burgo, qui apud Scotos erat captivus. Die Sabbati sequente convenerunt Dublinii Comes Ultoniae, Johannes Fitz Thomae, et alii quam plures magnates, qui, dextera data, se in defensionem regis et regionis mortis discrimen subituros pollicebantur. O Conghur in Connacia occidit Stephanum de Exoniis, Milonem Logan, nonnullos de Barries et de Louelles cum pluribus aliis Anglis cir. 80. Ad festum Laurentii insurrexerunt in Anglos 4 reges Hiberni quos castigarunt Gulielmus de Burgo, Ricardus Brimingham dominus de Anri cum suis trucidatis circa 12000 in Anri oppido,

quod postea muris cingebatur e spoliis Hibernorum, nam qui duplicita arma acquisierunt militum medium in hoc erogavit. Ceciderunt hic Fideluncus O Conghur, rex

p.74

Connaciae et O Kelly cum pluribus aliis regulis. Johannes Hussee carnifex de Anri, cum jussi domini sui de Anri noctu O Kelley conquerireret inter mortuos ut ejus caput ei referret; O Kelly autem cum armigero salvus eum adhortatur ne subeat pugne periculum, quin potius cum eo abeat, et mercedem ingentem redditus accipiat; quod cum approbasset suus servus, primum suum servum occidit, deinde O Kelley ipsum cum famulo, retulit ad dominum 3[^] illorum capita, ob quod facinus equestri ordine decoratus, magnis redditibus a domino donatus est. Ad S Laurentii invasit O Hanlan agrum Dundalke, a Dundacensibus autem repulsus, multis suorum interfectis. Ad natale Mariae David O Thotil cum 80 sociis in Silva de Coloni noctu se abscondit, detectus autem a Dubliniensibus et Joanne Comin in fugam versus, 16 e suis perdidit, alii capitalia vulnera ceperunt. Robertus Brus in Hiberniam appulit in subsidium fratris, Gregfordus obsedit.

p.n=76

Monasteria S Patricii de Dune et de Saballo cum multis aliis spoliantur. Gulielmus de Burgo relicto filio obside in Scotia liberatur. Templum de Bright in Ultonia plenum hominum utriusque sexus incenditur. Milites in Gregergus fame pressi, coria comedebant, 8 e Scottis detentis moriebantur. Thomas filius comitis Ultoniae moritur. Moritur etiam Johannes filius Thomae apud Laraghbrine intra Mainoth; dicitur eum paulo ante mortem, factum esse comitem Kildarie; cui successit filius eius Thomas fitz Johannis vir prudens. Gregergus deditur Scottis concessis hiis qui inerant vita et membro. Die exaltacionis crucis occiditur O Conghur Mac Kele cum 500 Hibernis, a Gulielmo de Burgo et Ricardo Brimingham in Connacia, id est. Ad omnes Scotos in Ultonia Johannes Logan et Hugo Busset, Scotos superant, 300 interficiunt, duplicitis armature 100. et simplicis 200. In vigilia S Edmundi tempestas magna corruit campanile trinitatis Dublyn. Vigilia Sancti Nicholai Alanus Stuard captus in Ultonia a Johanne Logan et Johanne Sandale, custodiae traditur, in arce Dubliniae. Ad purificacionem Mariae venerunt Dublinium les Lacies qui inquisitiones procurarunt

p.78

num Scotti per eos venerint in Hiberniam, innocentes inventi acceperunt regis chertam, jusjurandumque dederunt, se regi fideles fore. Post carnisprivium venerunt furtim Scotti usque Slane, cum 2000 armatorum, totamque regionem vastarunt. Die lunae ante Mathiae capitul comes Ultoniae a Roberto Notingham majori Dublin in monasterio Sancte Mariae, custodiae in arce Dublinii traditus, diu ibi detenus, camera ubi fuit incensa septemque famuli ejus occisi. Brus Dublinium versus iter facit, ubi vero comitem captum esse audivit, ad arcem Knock se convertit, eaque capta Hugonem Tirell Baronem, dominum ejusdem, cum uxore captos pecunia dimisit. Ea nocte omnium assensu incenditur Dubliniae. S Thomae *vicus*, pro timore Scotorum, et eodem igne arsit etiam templum S Johannis cum capella Magdalene, cremata per infortunium et omnia suburbana Dubliniae et monasterium Sancte Mariae et templum S Patricii; per dictos villanos spoliatur. Templum etiam Salvatoris, id est, predicatorum, major cum civibus diruit, saxaque ejus asportavit ad murum condendum quem tunc ampliorem fecit ad boream supra Keiam, quod ante transibant intra templum S Andree,

p.80

ubi apparat turris supra portam et in vico tabernariorum via *visa?* porta, verum postea rex Angliae (coagit) eundem majorem et cives restaurare eundem conventum ut prius. Post festum Mathiae cum intelligeret Brus urbem permunitam esse, iter suum convertit versus saltus salmonum ubi castra posuit. Robertus Brus rex Scotiae, Edouardus frater, comes de Murrey, Johannes de Menteth, Johannes Steward, Phillipus Moubray, ibi 4. dies morati sunt, oppidum incenderunt et templum spoliaverunt. Tandem Naas petebant quo contra juramentum les Lacies duces illis erant et consultores, Hugo vero Canon fratrem uxoris sue Wadinum Wight constituit, qui eos per regionem conduceret. Incenderunt Naas, templaque diripuerunt et sepulchra aperuerunt, duos integros dies ibi morati. Inde Tristledermot perrexerunt in 2[^] Septimana 40 fratres minores diripuerunt, libros et vestimenta pessum dederunt. Inde Baliganam recesserunt, et inde, dimissa Kilkenni, ad Callan circa festum Gregorii. Interim venerunt litterae per Edmundum Butler Justitiarium, Thomam fitz Johannis comitem Kildariae, Ricardum Clare, Arnaldum Power, Mauritium fitz Thomae, ut liberaretur comes Ultoniae voluntate regia; venerunt Ultoniae cum exercitu 2000, petentes auxilium adversus Scotos, vexillum regis eis concessum est, a quibus plus mali effectum est quam ab universis Scottis; nam et carnisbus vescebantur per tota 40[^]m, et regionem totam vastarunt

p.82

fere. Strages magna Hibernorum edita est juxta desertum Dermitii, id est, Tristildermot, ab Edmundo Butler, itidem alia, ab eodem, militum O Morghe, apud Baclethan. Brus cum suis Limericum usque pervenit; cum autem Angli sese conjunxerant ad Ledin, noctu clam de Castro Comung reversi sunt. In dominica palmarum venerunt ad Kenles in Osseria, colligebatur vero exercitus Anglorum ad Kilkenni. Jubentur Ultonienses die lunae versus hostes proficisci, quibus preficitur comes Kildariae. Brus inde Casshell se contulit, dein Nanath regionemque totam igne vastavit.

1317. Die Jovis, cena domini, congregati sunt Edmundus Butler Justic. Thomas fitz Joannis comes Kildariae, Ricardus Clare, Arnaldus Power, Baro de Donnoil, Mauritus de rupe forti, Thomas fitz Mauritii, les Cauntons cum suis, cum exercitu Ultoniorum circa 30,000 bene armatorum, circa Scotos, ubi versabantur totam Septimanam, nec quicquam tentaverunt. Die Jovis paschali applicuit le Mortimer apud Yoghill, Justic. factus a rege, festinavitque versus exercitum die lunae sequente, premisitque litteras Edmundo Butler, ne quid tentaret

p.84

ante suum adventum. Interim autem de suo adventu monitus est Brus, ut inde discederet, qui nocte sequenti versus Kildare movit, Angli autem repatriaverunt

p.86

et Ultonii Naas venit. Nuntii mittuntur ad regem de statu Hiberniae. Rogerus Mortimir et magnates consultant ad Killkeny, quid agerent erga Brus, nihil vero conclusum. Mense post paschae venit Brus ad 4 lencas prope Trim, ibique in silva quadam castra metatus est, ibique 7. dies moratus est ad suos reficiendos, qui fame et labore fere perierunt, multique ibi mortui relictii. Die Phillipi et Pauli versus Ultoniam contendit. Paulo post venit Mortimerus cum Johanne Vogan Dublinum, cum Fulcone fitz Warini et 30 equitibus auratis, tenuitque parliamentum apud Kilmaniam cum omnibus magnatibus, ubi actum de liberacione comitis Ultoniae, nihil conclusum est. Iterum Dubliniae commitiis habitis, ubi liberatur subter fidejussione, datis obsidibus et sacramento, se civibus Dublin nihil mali illaturum, constituitur dies, ille autem ad diem minime rediit. Frumenti magna caritas, cranocus valebat 24s. avenae 16s. vinum 8d. universa enim regio devastata a Scotis et Ultoniis; multi ex divitibus mendici fiebant, multi fame perierunt, ingruit etiam pestis terribilis, quae multos sustulit. Mortimerus Just. ad pentecosten Drogheda se contulit, inde Trim, vocat ad se per litteras Lacos qui venire recusabant, ad quos deinde missus est dominus Hugo de Custes eques, ut de pace cum iis ageret, qui ab eisdem occisus est. Colligit igitur Mortimerius exercitum, eosque bonis et pecore spoliavit, eorum subditos quam plures occidit, eosque in Connaciam fugavit; dicitur autem Gualterum Lacum in Ultoniam perrexisse, ut peteret auxilium a Brus. Ad nativitatem

p.88

Johannis comitiis habitis liberatur comes Ultoniae, datis fidejussoribus, obsidibus, et juramento se regi per omnia fidum futurum, Scotos persecuturum. Die S Processi et Martiniani Dominus Johannes de Athe obviam in mari habuit. Thomam Don, latronem insignem, quem cepit, occisi eorum qui cum illo fuerunt, circa 40, capita autem ejus et reliquorum Dublinium attulit. Die translacionis Thomae, Nicus Balscott de Anglia venit, qui retulit duos in Angliam venisse cardinales ex curia Romana, ut interconciiliarent Anglos et Scotos, Bullamque tulerunt excommunicat omnium qui pacem conturbarent. Ad festum Margaritae Hugo et Gualterus Lacy proditores pronuntiati. Rogerus Mortimer dominica sequente cum manu militum *iter arripuit versus Drogheda*. Ultonii de Droghda agrum depraedarunt, cives autem spolia ab illis auferunt, in conflictu occiditur Milo Logan cum fratre, et sex alii nobiles Ultonii capti sunt, et ad castrum Dubliniae delati. Mortimer Justic. congregat milites in Ofervil,

p.90

transitum periculosum excindit, omnes domos ejus incendit, quibus coactus Ofervil pacis obsides dedit. Inde Justitiarius se contulit Tom, ubi accusatus Johannes White de Rath-Regan 200 marcarum mulctam dedit. Post natale Mariae profectus est cum exercitu versus Onail, Olinselique venit ubi ceciderunt multi, tum Angli tum Hiberni, vicerunt Angli tamen. Morgh O Brine se dedit regi ad castrum Dublin; dein les Archebaldes paci se obstrikerunt, fidejussore comite Kildariae. Archiepiscopus Dublin et comes Ultoniae manent in Anglia ad parliamentum Lincolniae. D. Hugo Canon Justitiarius regis in Banco, occiditur ab Andrea Brimingham inter le Naas et Castlemartin. Alexander Bignor bullis papalibus confirmatur episcopus Dublinii. Post S. Valentianum Rogerus Mortimer, Johannem Mortimer cum 4 sociis equestri ordine decoravit, magnumque festum celebravit in castro Dublin. Pugnarunt inter se duo reges Connacii, occisi sunt 1000 Hiberni. Maxima penuria et fames in Ultoniae; e 1000 remanserunt

p.92

tantum 300, dicuntur aliqui corpora mortuorum e sepulchris extraxisse, corpora in capitibus coxisse et comedisse; mulieres etiam suos infantes devorarunt.

1318. Berwick capta a Scotis. Venit in Hiberniam Gualterus Islep Thesaurarius regis cum literis ad Mortimerum quibus ad regem accersebatur, is reliquit custodem Hiberniae Gulielmum Caucellensem, qui fuit etiam Cancellarius et Archiepiscopus. Die Gordiani et Epimachi occiditur ab O Brine et M'Carth *Ricardus de Clare cum* Thoma de Naas, D. Jacobo de Canton, Johanne Canton et Adam Apilgard et 8 militibus. Ricardus in minutis partibus scinditur ob odium, reliqui apud Limircum sepulti. Post Pascham ducitur Johannes Lacy a Dublin usque ad Trym ad iudicium, qui carceri adjudicatus, inibi moritur. Ad ascensionem domini reliquit *Rogerus Mortimer* omne quod debuerat pro victualibus ad mille libras insolutum. Ad festum Jacobi panis de novo grano quod raro videtur. Alexander Bigenor Justic. applicuit ad Yoghill; recipitur Dubliniae cum processione. Pugnatur ad Dondalek cum Scotis, qui fuerunt Edoardus Brus, Philippus Moutbray, Gualterus Sulis, Alanus Steward cum

p.94

3bus fratribus, Gualterus et Hugo Lacy, Joannes Kersindine, Gualterus Albus, cum 3000 militum; Anglorum dux Johannes Brimingham, dein Ricardus Tuit, Milo Veridon, Hugo Trepiton, Herebertus Sutton, Johannes Cusack, Gulielmus et Gualterus Brimingham, primas Armachanus qui omnes absolvit, Gualterus de Larpulles, Johannes Maupas, cum circa 20 Droghdaensibus bene armatis. Committitur prelum inter Dundalck et Faghird; ubi victis Scotis, occiditur Edwardus Brus a Johanne Maupas, omnesque reliqui nobiles preter Phillipum Moutbray, qui tamen lethale vulnus accepit, Hugo Lacy, *Walter Lacy et pauci alii*, reliqui occisi ad 2000 Scotorum; corpus Johannis Maupas super corpus Brusi inventum. D. Jo. Brimingham caput Brusii ad regem detulit, cui in mercedem datus est comitatus de Louth et Baronia de Atroide. Manus et cor Brusii Dublinum deportantur, reliqua membra ad varia alia loca divisa.

p.96

1319. Rogerus Mortimer rediens fit Justiciarius. Venerunt bullae ad excommunicandum Robertum Brusium. Oppidum Archisell cum agro vastatur a Johanne Fitz Thomae, Germano Mauritiis Fitz Thomae. Johannes Brimingham factus comes Louth. Pons de Kilkollin conditur a Magistro Mauritio Jack, canonico Kildariae.

1320. Universitas incipit Dublinii. Primus magister Gulielmus Hardius,

p.98

qui incepit in Theologia; 2nd frater Henricus Cogri; 3rd Gulielmus Roddiard, decanus S. Patricii Dubliniae, primus cancellarius universitatis; 4th Edmundus de Kermardin. Rediit in Angliam Mortimer Justic. relecto vicario comite Kildarie. Edmundus Butler in Angliam, inde ad divum Jacobum. Pons Leghliniae construitur a magistro Mauritio Jack, canonico Kildariae.

1321. O Conghurs receperunt magnam stragam apud Balibogan, 9th Maii, a Lageniis et Midiis. Obitus Edmundi Butler Londini. Jo. Brimingham comes Louth fit Just. Obiit Johannes Wogan.

1322. Andreas Brimingham et Nicholaus de la Lamid cum multis aliis interficiuntur ab O Nolan die S. Michaelis.

1323. Induciae inter Scotum et Anglum 14 annorum. Johannes Darcy Justic. Obiit Jo. primogenitus comitis Kildariae, 9. annorum.

p.100

1324. Obiit Nicholaus Genevile, heres Simonis Genevile. Morina boum et vaccarum.

1325. Ricardus Ledered, episcopus Ossoriensis, citavit Aliciam Ketil, ut se purgaret de heretica pravitate; quae magiae convicta est, nam certo comprobatum est, quendam demonem incubum (nomine Robin Artisson) concubuisse cum ea, cui ipsa obtulerat novem gallos rubeos, apud quendem pontem lapideum in quadravia; item inter sacra agenda inter completorium et ignitegium, ipsa scopis purgaret Kilkeniae plateos sordes detulitque vertento ad domum Gulielmi Utlawe filii sui, ubi conjurando dixit, "tota felicitas Kilkeniae veniat in domum hanc." Hujus impietatis participes invente sunt plures aliae, ut Betronillam de Midia, cum filia Basilia. Episcopus eam multavit pecunia, coegitque dejurare sortilegia; postea vero, ejusdem criminis iterum convicta, cum Basilia fugit, nec usque exinde unquam apparuit. Petronilla Kilkeniae comburitur, quae cum jam moritura esset, affirmavit predictum Gulielmum equum mereri mortem atque se, quod per annum integrum et diem, gesset nudo corpore zonam diaboli. Unde statim episcopi jussu captus est, et carceri inclusus, ubi circa duos menses detentus est; cui assignati sunt 2 ministri, quibus preceptum ut ne alloquerentur, nisi semel quotidie, nec comedenter aut biberent cum eo; tandem favore Arnoldi Poer senescalli Kilkeniae liberatus est. Dedit autem eidem Arnaldo magnam sumam pecuniae, ut is episcopum in carcerem conjiceret, quod et effectum est, detentusque episcopus

ad 3 menses. Inter res Aliciae inventa est hostia, in qua nomen diaboli inscriptum erat, preterea pixis quaedam in qua unguentum, quo

p.102

ungere solebat trabem quandam, id est coultree, qua peruncta Alicia cum suis, illi inequitans ferebatur quocumque voluit per mundum, sine lesione aut impedimento. Quia igitur res tam stupenda fuit, citata est Petronille Aliciae Dublinium; quae cum petisset ut dies constitueretur quo se purgaret, dicto crastino, interim a suis absconditur, ventoque favente in Angliam defertur. Gulielmus Outlawe interum carceri inclusus, et tandem magnatum precibus liberatus, ea tamen lege ut templum Kilkeniae plumbo cooperiret, quedam in pauperes erogaret.

1326. Ad pentecosten parliamentum apud Kilkenniam ad quod venit Ricardus Ultoniae tametsi infirmus, ubi magno convvio magnates exceptit, et paulo post obiit apud Athesill, cui successit Gulielmus de Burgo.

1327. Oritur contentio inter Mauritium fitz Thomae et Arnoldum Poer,

p.104

adherebant Mauritio dominus Butler, Gulielmus Brimingham, Arnoldo vero les Burkeines, quorum plures interfecit Mauritius, et alios fugavit in Connacia. Post Michaelem vero quod Arnoldus venit in subsidium Burkeines, et Mauritium in comitiis vocaverat Rimourae. Mauritius cum Butler et Brimingham (collecto exercitu) depopulatur regionem Arnoldi in Ofath; itidem ejusdem possessiones in Momonia, Ossoria, et Kenles Brimingham combussit, adeo ut Arnoldus cum Barone de Domill coactus sit Waterfordiam confugere; ubi mansit donec Justic. et alii diem huic rei finienda dixerunt, quem minime servavit Arnoldus, qui in Dublinium profectus, in Angliam navigavit; quo absente hostes omnia sua depredati sunt, et vastarunt, eoque venerent, ut cum exercitu ut civitates ab illis timentes se muniebant; quibus rebus intellectis illi regis magistratis significantabant, se Kilken. venturos ad se purgandum, nihil se contra regem aut regias possessiones tantavisse. Ad parliamentum venerunt Conel Kildariae Justic. Rogerus Outlawe, Cancellarius Hiberniae, Prior de Kilmainham,

p.106

Nicolaus Fastoll, Justic. in Banco, et alii: illi petiverunt chartam regis de pace, consiliarii diem dixerunt post pascham, se acturos cum reliquis ea de re. Lagenienses sibi regem fecerunt Donald Mac Murogh, qui totam Hiberniam pervagari constituerat, et subjugare; hic Dei vindicta captus est ab Henrico Traharn, qui primum eum duxit ad Saltum Salmonum, ubi accepit in ejus redemptionem 100 libras, dein ad castrum Dubliniae cum duxit, ubi positus donec deliberari possit de eo. Interim Johannes Wellesley cepit Davidem Othotill, multosque suorum occidit. Adam Douff, filius Gualteri Duff, Lagenius cognatus Otohilis, hereticae pravitatis convictus est, quod negaverat incarnationem Christi, affirmavitque non posse tres personas et unum deum, asseruit Mariam matrem domini esse meritricem, negavit mortuorum resurrectionem; asseruitque sacras scripturas fabulas esse, et sacro sanctae apostolicae sedis falsitatem, qua

p.108

propter per decretum civile die Lunae post octa. Paschae combustus est apud le Hogges Dubliniae.

1328. Die martis paschae Thomas fitz Johann. comes Kild. et Just. obiit; successit Justitiarius frater Rogerus Outlaw, prior de Kilmainam. Condempnatur David Otohill, Nicholao Facton et Elia Ashborin Just. in Banco, suspenditur. Mauritius fitz Thomae colligit exercitum in le Burkens et les Poer. Gulielmus de Burgo, comes Ultoniae, recipit dignitatem equestrem et dominium suum ad Pentecosten. Jacobus Butler duxit uxorem filiam comitis Herfordiae, et creatur comes Ormoniae, qui prius vocabatur Tipar. Comes Ultoniae Bervicum ad sponsalia it; post quae Robertus Brus, predictus comes, comes de Menteth et alii magnates Scotiae appulerunt Gregergus, Justitiaroque et consiliariis legabant, se pace acturos venire inter Hiberniam et Scotiam, atque ad viride castrum obviam

p.110

venturos, qui cum venire defecissent, redierunt in Scotiam. Arnaldus Poer accusatur ab episcopo Ossoriensi hereticae pravitatis; qui accersitus a consilio, negavit se posse venire ob insidias hostium; capitul igitur et in castro Dubliniae custodiae traditur usque ad parliamentum, quod fuit in medio 40^e. Quo tempore episcopus accusavit etiam Rogerum Outlawe priorem de Kilmainam, ut participem et consiliarium ejus in eadem pravitate. Rogerus petiit a consilio purgacionem, qua concessa, proclamatum est per tres dies continuos si quis velit prosequi accusationem ut adesset, vero nemo apparuit. Vocatis igitur omnibus Hiberniae magnatibus Dubliniam, constituantur 6 examinatores, magister Gulielmus Rodiardus, decanus S. Patricii, Abbas S. Thomae, magister

Elias Lawles, magister Petrus Willeby, coram quibus purgatus est Rogerus Outlawe. In 4th moritur in castro Arnaldus Poer, diuque sepultura caruit.

1329. Post anuntiationem Mariae parliamentum Dubliniae, ubi pax confirmata

p.112

inter comitem Ultoniae ei Mauritium filium Thomae. Magnum convivium celebratum in castro, primum a comite Ultoniae, dein postridie a Mauritio, in Templo S. Patricii, et dein Rogerus Outlawe apud Kilmainam. In vigilia Bartholomaei Johannes Brimingham comes de Louth, occiditnr apud Balibragan ab Urgalis, et una cum eo Petrus Brimingham, frater ejus, et Robertus frater, et Johannes Brimingham, filius fratris Ricardi domini de Anri, Gulielmus Finne Brimingham, filius avunculi Gulielmi predicti domini de Anri, Simon Brimingham filius ejusdem Willelmi, Thomas Berirmingham, filius Roberti de Connatia, Petrus Brimingham, filius Jacobi de Connertia, Henricus Brimingham de Connatia, et Ricardus Talbott de Malaghide vir strenuus et 200 milites cum ipsis. Qua strage edita, Simon de Genivile cum suis invasit Carberi in vindictam injuriarum sepe ab illis illatarum Midie et antiqui odii, Carberienses autem se opposentes ad 76 eorum trucidarunt. Ad festum Trinitatis venerunt Dubliniam Johannes et Gulielmus Gonon fratres, ab Urgaliis petentes, ut res acta comuni lege judicaretur; cum vero Gulielmum Brimingham venire intelligerent, recesserunt. Die S. Laurentii Thomas Butler invallens

p.114

Ardnorwith cum exercitu a Gulielmo Mac Goghegan ibidem interficitur cum Johanne Ledewiche, Johanne Nangle, Meilero Petit, Simo, Nico Albo, Gulielmo Freins, Petro Kent, Jo Albo et circa 140 militibus. Joannes Darcy Justic. qui in uxorem duxit Johannam de Burgo, comitissam Kildariae, apud Maynoth 3rd Julii. Philippus Stanton interficitur. Henricus Traharn per insidias capitur in domo propria apud Kilbeg a Ricardo filio Phillipi Onalane. D. Jacobus Butler, comes Ormoniae, incendit Foghird in Onalani regione eadem de causa. Post Assumptionem Mariae, Darcy Justitiarius proficiscitur novum castrum de Mac Kingham et Wiclo contra Obrinios; ubi quidam de Lawles fuerunt interfici cum aliis vulneratis Hibernis, nonnulli interfici, reliqui in fugam versi; Murkud autem Obrine se obsidem dedit, cum avunculo et avunculi filio, qui ducuntur ad castrum Dublin, postea obsidibus liberati. Ad circumsisionem domini Just.

p.116

cum consiliariis vocat in subsidium Mauritium comitem Dessemoniae cum exercitu, adversus hostes regios, polliciti sumptus itineris; qui paulo post adfuit Brene Obrine et 1000 hominum, qui primum invasit O Nolens et debellavit, predam ingentem abegit omniaque vastavit; O Nolenes autem primum fugerunt, dein obsides dederunt. Castrum Ley antea occupatum ab O Demcy redditum est comiti. Post Epiphaniam evasit e castro Dublin Donaldus Arte Mac Murgh, cordamque dederat ei Adam Nangle, qui ea de causa suspensus postea est.

1330. Venti impetuosisimi, quibus dejectis domibus, occidit uxorem et filiam Milonis Verdon. Inundatio etiam magna, precipue Boundi fluvii, quae omnes pontes ejus preter Babe dejecti, et alia damna apud Trim et Droghda. Frumenti

p.118

cranocus venditur pro 20s. avenae 8s. quae penuria contingit ob pluviosum tempus, quo maxima pars frumenti meti nequivit ante festum Michaelis. Midii Angli interfecerunt de Hibernis. Mac Geghdanes diruit 15 oppida eorum, qui collecta manu interficerunt ejus comitum 110 in quibus fuerunt tres regulorum filii. Gulielmus de Burgo, comes Ultoniae, duxit exercitum de Ultonia in Momoniam in Brene Obrene. Natus Golielmus Darci a comitissa apud Mainoth. Raimundus Lawles interficitur apud Wiclowe per insidias. Parliamentum apud Kilkeniam celebratum pro rege per Rogerum Outlawe Justitiarum, ubi fuerunt Alexander, Archiepiscopus Dublin, comes Ultoniae, Jacobus Ormoniae, Gulielmus Brimingham, Gualterus de Burgo de Connacia, quilibet eorum cum magno exercitu ad expellendum Brene Obrene de Urlise in Casshell. Gualterus de Burgo cum Connaciis depredavit agros Mauritii filii Thomae, praedam ad Urkisse duxit.

p.120

1331. Hugo Lacy cum pace regis ingressus ad Hiberniam. Comes Ultoniae profectus est in Angliam. Occiduntur etiam Hiberni in O Kensely ab Anglis, 14 Aprilis. Castrum de Arclo capitur per insidias ab Hibernis, 21 Aprilis; eodem die Otothiles abstulerunt 300 oves archiepiscopi Dublinensis a Tanelaght, occideruntque aliquot viros, qua re ore delata Dubliniam, occiduntur etiam per insidias in Culagh ab Otothilo, Phillipus Birt, frater Mauricii fitz Gerald, Hospitalaneus, Ramundus Archedeakin, Jo. Camerarius, Robertus Tirell, duo filii Reginaldi Bernwall et multi alii precipue e familia episcopi; duxit in latrones exercitum Gulielmus Brimingham aliquosque

eorum occidit, verum vanis eorum promissis reducitur. D. Antonius Lacy Justic. Occiduntur multi e comitibus Breni Obrene apud Thurles ab Anglis in Maio; item in Midia apud Finnagh interficiuntur nonnulli ab Anglis incolis 19th Junii. 27 Junii ingens multitudo marinorum balenarum que vulgo Thurlpolles vocantur, ingressa est intra le Conneg et Dodir, in portu Dubliniae vespere; quarum captae sunt supra 200. que

p.122

ingruentem tunc temporis famem non nihil relevarunt. Parliamentum Dublinii, ad quod non venerunt multi magnates, idem translatum Kilkenniam, quo venit Mauritius Fitz Thomae, cum multis aliis, qui se purgarunt et se submiserunt regis clementiae, qui transacta eis fere condonavit. Castrum de Fernes capitulatur per insidias, et incenditur in Anglia. Mauritius fitz Thomae, comes Dessimoniae, capitulatur a justitiario apud Limericum ad assumptionem Mariae, et ducitur ad castrum Dublinii; capiuntur etiam Henricus Mandevile, et in Connacia Gualterus de Burgo cum duobus fratribus a comite Ultoniae, ducunturque ad castrum de Northburgh. Item Gulielmus Brimingham capitulatur cum filio suo Gualtero apud Clomel, non obstante charta regis prius eis data, ducuntur ad castrum Dublin. Lageni Hiberni insurgunt in Anglos, omnia, etiam templa, incidunt, templumque Freinston cum 80 hominibus in eo comburunt; sacerdos autem cum sacris vestibus indutus, hostiam ferens exire tentaret, lanceis repulerunt, et combusserunt; qui ea de causa bulla papali ad episcopum Dublin missa excommunicati sunt, et regio interdicta. Quae cum illi contemnentes, iterum comitatum Weisfordiae depopularentur; apud Carconnam a Ricardo Whitey, Ricardo fitz Henrici, civibusque

p.124

Wesfordiae 400 eorum interficiuntur, aliqui permulti in Slano fluvio submersi restiterunt.

1332. 10. Julii. D. Gulielmus Brimingham suspenditur Dublin, vir strenuus et nobilis et rare virtutis in rebus bellicis, cuius mors a multis publice sumo dolori fuit. Filius ejus Gualterus liberatur. Castrum Banrat diruitur a Tothomoniis Hibernis in Julio. Recipitur castrum de Arclo a Justitic. expulsis Hibernis, et reficitur. Antonius de Lucy ab officio privatus, in Angliam redit. Johannes Darcey fit Justitiarius. Brene O Breni, Mac Karthii clade afficiuntur in Momonia ab Anglis. Grassatur per totam Hiberniam et in omnium etatum hominibus, morbus "mauses", vocatus. Obsides in arce Limirici occiso prefecto, arce potiuntur, qui statim a civibus, recepto vi castro, ad unum interficiuntur. Obsides in Nenagh potiti sunt castro, quod, incensis portis, recipitur, obsidibus salvus. Castrum de Ciont incenditur ab Otohile. Peccus frumenti ad Natale valet 22s.

1333. Johannes Darcy Justitiarius. Brimiganii Carberia abstulerunt ab

p.126

Oconghurs 2000 vaccarum et ultra. Johannes Darcy Justic. excidit transitum apud Ethergouil in Ofalia. Liberatur comes Dessimoniis fideiussoribus permultis qui vitam possessionesque pro eo oppignorarunt. Gulielmus de Burgo, comes Ultoniae, inter castrum de Sancles et Gregforgus interficitur a suis, anno etatis 26 in Junio. Hic Ricardum de Burgo, avunculum suum, tum quia petulanter uxorem suam contractaverat, (nam interiora radere docuerat pro more Hiberniae), tum ob alias causas morti multataverat. Hujus Ric. soror nupserat domino Johanni Manndivile de Donnahir, quae eum in vindictam fratris incitare non cessavit, die igitur dominico cum ad comitia castro de Sandes versus Gregfergus equitaret ad sacra, animadvertiscum eo plures esse famulos e Foganis quam cum comite, interim dum matutinas preces cum eo diceret, gladio pone caput sibi dissecuit; qua re auditam uxor filia ex Ultonia in Angliam recte confugit. Johannes Darcy, Justitiarius, eo profectus homicidas prelio superans, quosdam capit, alios interfecit. Justitiarius cum exercitu inde in Scotiam transfretavit

p.128

ad regem, relicto vicario magistro Thoma Bur. In conventu nobilium ad Carmilitas Dublin, interficitur Murcardus fitz Nicholai Othotill, cuius auctor ignorabatur. Redit Justitiarius. Comes Dessimoniae ab equo delapsus tibiam fregit. Estas temperatissima, frumenti pecus venditur pro 6d. Ramundus Archedekin cum nonnullis suaे familiae interficitur in Lagenia. Desunt multa.

p.130

1337. Vigilia Calixti, 7. perdices in suma aula Canonorum S Trinitatis, ex agris volantes, considerunt, quarum duas pueri vivas ceperunt, 3 perimerunt, reliquae avolarunt; res multam omnibus admirationem dedit. D. Joannes Charlton, Just. Hiberniae, venit, frater ejus etiam, episcopus Herfordiensis Thomas, venit cancellarius; qui secum adduxerunt Cambros ad 200. Vocatus ad parliamentum David O Hirraghti ac episcopus Armachanus, qui prohibitus est ab Archiepiscopo Dublin et clero, preferre sibi Crucem. Moritur idem David Arch. cui successit Ricardus fitz Radulfi, decanus Lichefildensis, natus ad Dundalke. Moritur Jacobus Butler, primus comes Ormoniae, 17th Januarii, sepelitur apud Baligalan.

1338. Johannes Charleton officio privatur, fit Justitiarius frater ejus, episcopus Herfordiae. 3[^] Februarii D. Eustatius Poer et avunculus ejus dominis Joannes Power ducuntur e Mamonia a Just. ad castrum Dublin. Gelu intinsicum altissima nive a 2[^] Decembris usque ad 10[^]m Februarii.

p.132

1339. Bellum universalem per totam Hiberniam. In Kernigia 200 Hiberni occisi a comite Dessimoniae, ceterisque Geraldinis, capiturque Mauritius fitz Nicholai dominus Kernigiae a comite, et in carcere moritur, is enim adversus regem et comitem cum Hibernis insurrexerat. Occiditur itidem circa 300 Hiberni in Baro fluvio a Kildariensisibus, qui cum Odimciis comitatum Kildariae invaserant. Abducitur ingens preda circa O Drono ab episcopo Justitiario.

1340. Rediit in Angliam Justitiarius relicto vicario Rogero Outlawe prior de Kilmainam 13 Februarii. Johannes Darcus dum vivat factus Justitiarius.

1340-[1341?]. Venit dominus Joannes Moris, vicarius Darcii. In comitatu Leicestriae vir quidem, chirothecas inventas manibus inducens, latrare incepit ut canis, quod malum serpsit ab eo per totum comitatum. Rex omnia a se et patre collata in quemcumque, modo quocumque, tam libertates et possessiones, quam alia bona, revocavit, qua re mota tota fere Hibernia extemplo insurget in regem. In Octobri parliamentum Dublinii, ad quod minime venit comes Dessemoniae, quo tempore primum divisio manifesta extitit inter Anglos in Anglia natos, et

p.134

Anglos Hibernos, Magnates itaque Hiberniae et magistratus constituerunt parliamentum, apud Kilkenniam, in utilitatem regis et regionis; ad quod Justic. cum reliquis ministris regis venire minime voluerunt, neque ausus est, neque enim ejus consilium in hac re usi sunt aut reliquorum; concluditur ibi ut per nuntios regi significaretur iniqua gubernatio Hiberniae a ministris suis, cum querela petitionis, correctionis et melioris regiminis.

1342. 1[^]us *Idibus* Octobris vise 2[^]e Lunae Dublin.

1343. Vicus S. Thomae Dublin arsit. D. Radulfus Upford cum uxore, comitissa Ultoniae, venit Just; ejus adventum incipit coelum pluviosum, quod non cessavit

p.136

quoad is in vita remansit. Vir injustus et avarus, omnia vi agere, nulli Justiciam ministrare, dives ac pauperes bonis spoliare et opprimere, multoque magis hec omnia uxoris instinctu. Profectus in Ultoniam in Angustis Emerdullam, a Mac Catan grave damnum suscepit, vestibus, pecunia, utensilibus argenteis, et equis nonnullis privatus de suis itidem aliquot perdidit, ope tamen Urgulorum tandem in Ultoniam evasit.

1335-[1345?]. Parliamentum Dubliniae ad quod non venit Mauritius comes Dessemoniae. Radulfus Upford post Joh. Baptiste, cum vexillo Regis sine assensu magnatum in Mamoniam proficissit in comitem, ubi possessiones ejus occupavit, et pro anuali censu variis hominibus dimisit; duas inde epistolas D. Gulielmo Burton scripsit, unam Mauritio fitz Thomae comiti Kildariae tradendam, qua eum jubebat et impetrabat ut sine mora cum exercitu sibi in auxilio adesset; alteram eidem Gulielmo qua precepit ut comitem Kildariae caperet et custodiae traderet. Gulielmus dum comes portat exercitum, suadet ut antea consiliarios apud Dubliniam adeat, ut eorum auctoritate suffultus, et tutius iret, et possessiones interim in tuto manerent, quo cum venisset, in ipso senatu a Gulielmo

p.138

apprehenditur et carceri includitur. Justitiarius interim per Kernigiam in Oconul proficissit, duoque castra comitis per insidias capit, videlicet Uniskisli et castrum de Insula, in hoc autem capti Eustatius Poer, Gulielmus Graunt, et D. Joannes Totel suspenduntur. Comes ipse cum suis exulat. Justic. Kilmainam ad uxorem pregnantem rediit. Multas injurias tam in ecclesiasticos quam laicos fecit; omnes autem fidejussores comitis Dessemonie possessionibus privavit, quorum nomina sunt Willelmus de Burgo comes Ultoniae, Jacobus Butler comes Ormoniae, D. Ricardus Cuit, D. Nicholaus Verdon, Dominus Mauritius de Rupe Forti, D. Eustatius Poer, D. Geraldus de Rupe Forti, D. Joannes fitz Roberti Poer, D. Robertus Barry, D. Mauritius fitz Geraldi, D. Joannes Wolslei, D. Walterus Lefant, D. Rogerus le Poer, D. Matheus fitz Henrici, Dominus Ricardus Walles, D. Edmundus de Burgo, filius comitis Ultoniae, David de Barri, Gulielmus fitz Geraldi, Fulco de Fraxinis, Robertus fitz Mauritii, Henricus Barkley, Johannes fitz Georgii de Rupe, Thomas Leis de Burgo; tametsi in hoc ipso bello nonnulli eorum suis impensis eum adjuvarant; eorumque corpora regis voluntati submisit, exceptis 4. solumodo, id est, Gulielmo de Burgo, comite Ultoniae, Jacobo de Butler, comite Ormoniae

p.140

1346. Dominica ramorum, id est 9. Aprilis, moritur Robertus Ufford Justiciarius cum omnium sumo gaudio publico et applausu. Statim mutatur in melius celi conditio, fitque tempus serenum; corpus ejus plumbo inclusum in Angliam ab uxore humandum defertur. Quae 2nd die Maii (cum eodem die ante annum triumphans ingressa cum viro civitatem esset) cum sumo merore, et vulgi clamore fugiens cum cadavere exivit, quod prodigii loco notatum est. Dominus Rogerus Darcy in tempus Justit. a consiliariis fit. In Aprili castrum de Ley et Kunehed incenduntur ab Hibernis. 15 Maii venit Justit. D. Johannes Mauriti. 23 Maii comes Kildariae inventis fidejussoribus 24 e carcere dimittitur. In Junio 300 ad minus Angli Urgali trucidati sunt ab Ultoniis. Johannes Mauriti privatur officio in Junio, et fit Justiciarius D. Gualterus Brimingham. Concessae induciae comiti Dessemonie, is igitur cum uxore a Yoghell in Angliam solvit, ubi jus suum contra Radulfum Ufford prosecutus, a rege (ex quo ingressus est Anglia), in expensas 20s. singulis diebus concessi sunt. Darcus Justiciarius cum comite Kildariae O'Mord invadant, qui castra de Ley et Kilnehed combusserat, quem se submittere coegerunt, tamen resisterit obnixe.

p.142

1347. Comes Kildarie cum baronibus et equitibus ad regem Caletum obsidentem proficissit, quae ei dedita est 4th Junii. Donaldus Mac Murgh fitz Donaldi Arte de Murgh Rege Laginiae, 5th Julii a suis per insidias occiditur. Mauritius fitz Thomae comes Kildariae a rege equestri honore decoratur, qui filiam D. Bartholomei de Burwasce in uxorem duxit. Nanagh fitz *scilicet?* Nenagh oppidum cum regione adjacente in festum Sancti Stephani ab Hibernis vastatur.

[1348?]. Pestis maxima in Hibernia, quae ante alias regiones pervaserat. Dominus Gualterus Brimingham Just. in Angliam se contulit, relicto vicario fratre Johanne Archer priore de Kilmainam; revertitur eodem anno; cui rex dederat Baroniam de Kenles, que est in Ossoria, quare adjuvaverat Radulfum Upford adversus comitem Dessemoniae, magnis expensis. Hec baronia fuerat Eustatii Power qui in castro de Iland suspensus est.

1349. Gualterus Brimingham optimus Justi. cessit magistratui, cui successit Dominus de Carew, eques et Baro.

1350. D. Thomas Rokeby fit Just. Obiit Gualterus Brimingham, quondam optimus Justitiarius, in Anglia.

p.144

1352. D. Robertus Savage incepit condere in Ultonia varia castra, filioque dixit hoc modo se sibi et posteris adversus Hibernorum incursus servaturum, cui respondit Henricus filius, "ubicumque sint viri fortes, ibi est castrum, et in eo filii Israell castra metati sunt, ero semper inter fortes et sic in castro. I had rather, quoth he, have a castle of bones then of stones." Quibus rebus pater deterritus ab opere incepto desistens, in familiam convertit sumptus, posteros suos hoc ipsum lucturos, quod et accidit, quippe nam paulo Hiberni universam regionem vastarunt, quia castris nuda fuit. Rockeby cessat ab officio.

1355. Mauritius fitz Thome comes Dessemonie fit Just. qui paulo post

p.146

moritur, vir bonus est justus qui suos etiam consanguineos ob furta suspendit et Hibernos bene castigavit.

1356. Thomas Rokby 2nd fit Just. vir justus et prudens, qui dicere solebat se

p.148

velle comedere et bibere de vasis ligneis, et expendere aurum et argentum in victu et vestitu et stipendiis. Obiit eodem anno in castro de Kilka.

1357. Almaricus de S. Amando Justic. Magna controversia inter Ricardum fitz Rowe archiepiscopum Armacanum, et fratres mendicantes, qui tandem vicerunt per papam.

1358. Almaricus Just. in Angliam proficissit.

1359. Jacobus Butler comes Ormoniae factus Justitiarius.

p.150

1360. Obiit Magister Ricardus fitz Radulphi Archiepiscopus Armachanus in Ammochia. Item obiit dominus Robertus Savage: qui cum paucis Anglis occiderat uno die 3000 Hibernorum, in antro quodam, dederat autem antea unicuique militi vini bonum haustum: paraveratque splendidissima convivia in redditum suorum. Hic mensam semper splendidissimam servavit, sepultus est in conventu predicatorum de Culrath intra Banum fluvium. Comes Ormoniae Just. in Angliam proficissit; ejus vicarius reliquit Mauritius fitz Thomae comes Kildariae.

1361. Leonellus comes Ultoniae jure hereditario uxoris suae et frater regis venit Just: in oct: Mariae nativit. cum uxore Elizabetha. Dominus Gualterus Brimingham Junior obiit in die S. Laurentii, qui patrimonium divisit

sororibus suis, quarum una accepit Preston. Leonellus primum bellum habuit cum Obrine, in quo publico indicto prohibuit Hibernicum aliquem appropinquare exercitu suo, et inde statim interficti sunt 100 de suis stipendiariis, quo motus

p.152

Hibernos et Anglos perpetuo conflixit cum Hibernis. Equites Robertum Preston, Robertum Holiwod, Thomam Talbot, Gualterum Cusack, Jacobum de Lasid, Johannem de Fraxinis, Patricium et Robertum de Fraxinis et plures alios, transtulit de Dublin ad Carlaghe, deditque 500 libras in muros eidem oppido edificandos. In festum S. Mauri ventus impetuosis.

1362. Templum S. Patricii Dubliniae igne Johannis Sextani arsit 8 idus Aprilis.

1364. Leonellus in Angliam proficiscitur 22 Aprilis, relicto vicario comite Ormoniae, rediitque 18 Decembris.

1365. Leonellus rediit in Angliam, relicto vicario, D. Thoma Dale.

1367. Incepit bellum inter les Brimingtons de Carbery, et Midios ob latrocinia

p.154

Brimingtons, igitur Robertus Preston posuit presidium in Castro de Carbery. Geraldus Mauricii comes Dessemoniae fit Justitiarius.

1368. In Carberia post parliamentum quoddam inter Anglos et Hibernos, capiuntur a Brimingtons et aliis, Frater Thomas Burley prior de Kilmaynam, Cancellarius, Jo. fitz Richard vicecomes Midiae, D. Robertus Tirell, Baro de Castleknock, cum aliis permultis; exemplo igitur Jacobus Brimingham qui in castro Trim tenebatur in manicis et compedibus liberatus pro Cancellario, ceteri autem precio solvuntur. Templum S. M. de Trim arsit.

1369. Gulielmus de Winsore, vir fortis et strenuus, venit locum tenens domini regis 12 calendas Julii, cui cessit comes Dessemoniae.

1370. Incepit 3[^] pestis que nobiles permultos, alios innumeros sustulit. Geraldus fitz Mauritii comes Dessemoniae, Jo. f. Nicholai, et D. Thomas fitz Joannis, et alii multi nobiles in monasterio de Magius in comitatu Limerici, ab Obrene et Mac Marde de Thomonia 6[^] idus Julii capti sunt, et plures interficiuntur,

p.156

ea de causa locus tenens omissio bello in Otohiles et Lagenia, eo se contulit. Obierunt D. Robertus Tiril Baro de Castleknock, uxor et heres, quapropter Johanna et Maltidis soror diviserunt inter se patrimonium. Item obiit dominus Symon Flemyn baro de Slane D. Johannes Cusack baro de Colmolen et Jo. Tailor major quondam Dublin.

1394. Ricardus 2[^]us Hiberniam ingressus est anno regni sui 18[^] 1[^] Octobris.

1399. Idem Ricardus 2[^] ingressus est Hiberniam ultimo Maii, Regni 23[^].

1407. In festo exaltacionis crucis apud Callam in comitatu Kildariae, occiduntur 3000 Hibernorum et Anglorum rebellium, et O'Carul eorum dux a D. Stephano Scrope deputato Thomae ducis Lancastriae locum tenentis Hiberniae.

1427. 17 Octobris obiit Geraldus fitz Mauritii, G. comes Kildariae sepultus in monasterio omnium Sanctorum.

1429. Arsit primum oppidum de Naas a Donato Kewanagh 26[^] Septembris.

1448. Obitus Roberti Flatisby armigeri vicecomitis Kildariae apud bellum de Donerist ijo Septembris.

1467. 15. Februarii decollatus est Thomas comes Dessemoniae apud Dontanam, a Joanne comite Vigorniae.

1478. Obiit Thomas comes Kildariae, Just. Hiberniae.

1418. Geraldus filius predicti comitis Kildariae obiit 3[^] Septembris qui deputatus fuerat 33 annos; hic Hibernos egregie castigavit, eorumque loca munita diruit; castella solo equavit, variis in locis colonias dispositi, oppidaque diruta refecit, arcesque in locis comodis construxit. Vir liberalis, strenuus, pius, et misericors.

1504. Prelium de Knoctowe committitur a Geraldo predicto adversus Mac Willam de Burgo et Obrinios, 2[^] feria post festum Assumptionis Mariae.

p.158

Dominus Leonardus Gray, filius Marchionis Gray, venit Justiciarius Hiberniae. Hic primum in Offalia adversus O'Conor proficissitur, ubi *di-ruit* castrum Dingin vocatum cum reliquis omnibus ejus regionis.

2[^] expeditionem fecit in McGoyghigan et O' Mulmoy, vastavitque regionem y Doyn, obsidesque ab omnibus iis suscepit et ab O' Malaghlin.

3[^] Profectus est O Karull per Ofaliam, a quibus dirutis castris obsides accepit; unde profectus est per regionem Ymabrean versus Limericum, cepitque obsides a comite Dessimonie et ejus sequaribus; dein in O Brein proficissitur, ubi fregit magnum pontem vocatum pontem O Brene cum duobus castris adjunctis. Inde versus Galway iter suscepit in quo suscepit obsides a Ricardinis aliisque burgensibus et ceteris adjunctis. Multocies egrie *egregie* castigavit Birnes et Toules Rananos et Moros. Postea vero cum magnates Ultoniae, scilicet O Neal O Donel Clannyboy cum Scotis de Glynn junctis viribus vaderent colonias Anglorum multaque damna inferrent, hic eos sequutus *est* usque vadum vocatum Biayllaho prope confines Ferny ubi magnam eorum stragem edidit in fugam actorum 2[^] Decembbris.

[LES LACYES ET LES BURKEINS.]

1242. Obiit Hugo Laicius comes Ultoniae, relicta filia que nupsit Waltero Bourck, domino Connaciae.

Hugo Laicius senior, filios habuit Gualterum et Hugonem. Gualterus genuit Gilbertum, qui genuit Margaretam et Matildam; Margaretam nupsit Theobaldo de Werdon, qui generunt Theobaldum, qui genuit Joannam, Margaretam et Isabellam; Johanna nupsit Thomae Furnevel; Elizabetha Bartholomeio Burwiche;

p.160

Margareta Gulielmo de Blamid; Isabella Henrico Ferreis, de quibus q *quinque?* filiabus, Bedlowe, Fleming, Cruce, Holywod et Giffard perquisierunt omnes terras suas in Hibernia. Matilda nupsit Galfrido Genivile, qui generunt Galfridum, Petrum, et Simonem. Galfridus obiit sine filio. Petrus genuit Johannam, que nupsit Rogero Mortimero. Simon duxit Johannam fitz Lenes domine de Culmolin qui generavit Nicholaum; is autem genuit Johannam, que nupsit Johanni Cusack de Beawrepre. Predicti Simon et Johanna habuerunt quinque filias; prima nupsit Johanni Husee, Baroni de Galtrim; 2[^] nupsit Gulielmo de Landres de Athboi; 3[^] baroni de Slane; 4 Gault. de la Hide; 5[^] Johanni Cruce de Nall. Hugo 2[^]us filius comitis unam filiam habuit, que nupsit Gualtero Burgo Domino Connaciae.

1244. Gualterus Burck factus est comes Ultoniae.

1326. Die martis ante festum S. Petri ad vincula, obiit Ricardus Burgo, comes Ultoniae, et dominus Connaciae, apud Athesell; vir prudens, facetus, dives, sapiens, senex admodum. Filias suas honorifice locavit, unam Roberto Brusio regi Scotorum; 2[^]m comiti Gloveriae; tertiam comiti Kildariae; 4[^]m comiti Louth; 5[^]m Mauritio fitz Thomae comiti Dessemoniae; 6[^]m domino Thomae Multon.

1333. Gulielmus comes Ultoniae interficitur, et fuit eodem tempore captus Rogerus Mortimer comes Marchiae apud Nottingham, Londini suspenditur.

BUTLERII.

1285. 6[^] Kalendas Octobris obiit Theobaldus Butler in castro de Arclo, sepultus ibidem in conventu fratrum.

1299. 2[^] Idus Maii obiit filius ejus Theobaldi Theobaldus, in manerio suo de Turvey sepultus apud Oven.

1321. Edmundus fitz Theobaldi moritur Londini, corpus ejus defertur ad Balegavan *Balligawran?* in Ossoria.

p.162

1327. 7 Idus Januarii obiit Jacobus Butler fitz Edmundi, primus comes Ormoniae, sepultus in templo Balligawran.

1383. In festo S. Lucae Evangelistae, obiit Jacobus Butler fitz Jacobi 2[^]us comes Ormoniae, in castro de Knocktoffur, sepultus in ecclesia cathedrali Kilkeniae.

1405. 20 Augusti, obiit Jacobus fitz Jacobi 3[^]us comes, apud Balligawran, ibique sepultus.

1450. Obiit Jacobus quartus comes et deputatus Ricardi ducis Eboracensis, apud Ardell, sepelitur apud monacos Dublinii.

1467[?]. Obiit Jacobus comes Ormonie 22[^] Augusti anno reg. Henrici 6[^]i 31[^].

1450[?]. Obiit Jacobus fitz Jacobi 5[^]us comes, et comes Ultoniae, et thesaurarius Anglie, sepelitur in Anglia.

1455[?]. Joannes Butler comes 6[^]us, iter suscepit in terram Sanctam, ubi mortuus est.

1515. 3[^] Augusti obiit Thomas Butler 7[^]us comes, sepelitur in S. Thoma de Acres Londini; hi autem tres postremi fratres fuerunt, et filii Jacobi 4[^]i comitis; habuerunt etiam et 4[^]m fratrem nomine Ricardum Butler, cui successit Edmundus, et Edmundo Jacobus, et Jacobo Petrus Butler, qui jam est 8[^]us comes Ormoniae. Jacobus Butler fit comes Ormoniae ab Edwardo 3[^] et eodem anno ab eodem, Mauritius fitz Thomae fit comes Dessemoniae.

[GERALDINI].

Obiit Geraldus filius Maurici Justiciarius Hybernye, Anno Domini M[^]. cc. v.

[...] Mauricius filius ejusdem Geraldii frater minor ac primus conventus minorum de Yocally, Anno Domini M[^]. cc. vii.

p.164

Obiit dominus Thomas filius ejusdem Mauricii, Anno Domini M[^]. cc. lx.

Obiit dominus Ofelias, dominus Johanes filius Thome, primus fundator conventus ordinis predicatorum de Traly, et dominus Mauricius filius ejusdem, qui interfecti fuerunt in loco qui vocatur Callan in Dessimonia, Anno Domini M[^]. cc. lxx. et sepulti sunt in monasterio de Traly in boreali parte.

Obiit dominus Thomas Mauricii, Anno Domini M[^]. cc. xc. vi. et sepultus in medio Chori.

Obiit Mauricius filius Thome primus comes Dessimonye, Anno Domini M[^]. ccc. ix. apud Dublinya et Justiciarius Hybernye erat.

Obiit dominus Mauricius filius Mauricii, secundus comes Dessimonye, Anno Domini M[^]. ccc. i. vii.

Obiit dominus Johannes filius ejusdem comitis, Anno Domini M[^]. ccc. lx. ix.

Obiit dominus Geraldus filius Mauricii, Anno Domini M[^]. cccc. i.

Obiit dominus Thomas filius Johannes comes Dessimonye in regno Francie civitate Rothomag: in provincia Normoniae, Anno Domini M[^]. cccc. xx.

Obiit dominus Jacobus filius Geraldii comes Dessimoniae, Anno Domini M[^]. cccc. lx. ii.

[...] dominis Thomas filius ejusdem Jacobi comes Desmonie et Justiciarius Hibernie qui gladiis impiorum apud Drohudhahy occubuit, et pocius dicam martyr Christi effectus est, Anno Domini M[^]. cccc. lx. viii.

[...] dominus Jacobus primogenitus predicti Thome comes Dessimonye et gladiis impiorum in curia de Ragely, Anno Domini M. cccc. lxxx. vi. Obiit dominus Mauricius filius Thome comes Dessimoniae in villa de Dageth, Anno Domini M[^].

[...] xx. ix.

[...] ra femina domina Morina Mykearull comitissa, pro cuius anima recepit sta advincula *adminicula* multa et varias elimosinas, M[^]. cccc. xl. viii.

[...] preclara femina domina Katherina Butler comitissa pro cuius anima recepit conventus ista advincula *adminicula* multa et varias elimosinas xvii Marcii M[^]. ccccc. liij.

p.166

Obiit dominus Thomas, filius Thome comes Dessimoniae, in villa de Ragely, Anno Domini M[^]. ----, xxxiiij.

Obiit dominus Johanes filius Thome comes Dessimoniae in villa de Traly, Anno Domini M[^]. ccccc. xxxvi.

Obiit Jacobus filius Johnes, comes Dessimoniae et [...] tressourarius Ibernie Anno Domini M[^]. 500. 58. et sepultus apud Trale, cuius animae propiciatur Deus.